UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De eruditione christifideliu[m]

Herolt, Johannes

Colonie, 27. X. 1496

Expositio sup[er] angelica[m] salutat[i]o[n]em.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30784

Visual Library

cellētiā in ꝓſpis. a ſiniſtris impatientiaȝ
in aduerſis. Sic ergo quocunqȝ nos ſpū
m⁹ diabolum inſidiantē nob̄ habem⁹.
Ergo merito diceremus clamaē deberem⁹
libera nos a malo. Amen. ¶ Itē in hac
petitōe petim⁹ liberari a malo pene īfer
ni. ⁊ merito. q̄ȝ hec pena eſt ḡuis nimis.
Hoc pȝ. q̄ȝ minor pēa īferni excedit oēȝ
penā mūdi. Vn̄ cū quereretur a q̄daȝ he/
remita: cur ſe taȝ dure affligeret. Rn̄dit.
Tot⁹ labor vite mee nō ē compabil' ad
vnam diē tormentoꝝ q̄ peccatorib' ī fu/
turo ſeculo reſeruant̄. Vn̄ Aug⁹ etiā de
verbis apl'i. ſmone. 88. Quecunqȝ ſūt
ī igne et̄no minora tormēta: peiora vtiqȝ
ſūt qȝ que formidas ī hoc ſeculo. Iſido
rus ī ſynonimis. Intēde aīo q̄ſcūqȝ tor
metoꝝ dolores: q̄ſcūqȝ doloꝝ acerbita/
tes: cōpara hoc totū gehēne: ⁊ leue ē oē
qđ pateris. Itē illa pena n̄ ſolū ē acerbiſ/
ſima: ſȝ etiam et̄na: Vnđ Math. xxv.
Ibunt hii ī ſupplicīū et̄nū. Vn̄ etiā Hu
go đ ſctō vic. li. i. đ aīa. Quis putas tūc
meror erit: q̄ triſticia: cum ſepabunt̄ im/
pij a cōſortio ſctōrum ⁊ a viſione dei. Et
traditi in poteſtatē demonū ibūt cū ip/
ſis ī ignē. ibiqȝ ſemꝑ erunt ſine fine in lu
ctu ⁊ gemitu.

¶ Cōcluſio orōnis dn̄ice.

A Amen. Pro quo nota ſȝ Hēri/
cū de firmaria. Ipe chriſtus ſi/
gnanter concludit iſtā orōem ꝑ
hoc vocabulū. Amē. In quo verbo op/
tat̄ adimpletio oīm petitionū p̄dictarū
Que quidē dictio ſm Aug⁹. nec ē greca
nec latina. ſȝ hebrayca. Et idē ſignat qȝ
fiat. Fiat aūt hec dictio. hȝ triplicē effica
ciā ⁊ vtutē. nā ↄcludit orōem. Ideo ſm
Hieron̄. dicit̄ ſignaculū orōnis eo qȝ ip
ſam claudat ⁊ ↄcludat. Scđo recolligit
orātis intentōem. q̄ȝ cū dicim⁹ amē: in/
tentio noſtra ſummatim fertur ſuꝑ oīa
p̄cedentia. ⁊ ſi aliq̄d ex humana fragili
tate per deſtructōeȝ mētis abſqȝ actuali
intētōe ī tota orōne eēt ptrāſitū: ad illđ
implicite redditur intētio dicēdo. Amen.

¶ Tertio īpetrat exauditōeȝ. eſt eī amē
īpetratōis nota. Vnde Raban⁹ dicit
Per hoc qȝ dicit dn̄s amē: ſignatur indu/
bitanter nobis a dn̄o conferri omnia q̄
rite poſtulamus. Et in hoc terminatur
expoſitio huius ſanctiſſime orōnis chrī
ore prolate: cui eſt honor ⁊ gloria ī ſecu/
lorum ſecula.

¶ Expoſitio ſuꝑ angelicā
ſalutatōem incipit.

A Ve Maria gratia ple/
na. Sciendum qȝ iſta ſa
lutatio angelica eſt ma/
rie virgini valde gratio/
ſa. Cum eīm ſalutat̄ hoc
valde gratioſe ⁊ letanter
recipit. q̄ȝ tale gaudium habet ex ſaluta
tione iſta deuote dicta quale habuit qn̄
fuit ab angelo ſalutata. Nec mirum. q̄ȝ
ibi recitant̄ ſex maxia p̄uilegia virginis
marie. A ¶ Primū ē: qȝ ipā fuit ſpe/
culū toti⁹ mūdicie. qđ notat̄ ꝑ h̄ qđ ibi
dicitur aue. i. ſine ve alicuius culpe ſiue
macule. Fuit eī ſine macula in corpoē. ⁊
ſine culpa in mente. Ipā eī habuit pul/
chritudinem mentis ⁊ corpis. Cantic.
4. Tota pulchra es amica mea. Ipſa
eīm fuit pulchra. q̄ȝ omnes virtutes in ſe
habuit: ideo merito dicit̄ tota pulchra.
Aug⁹. Si oēs ſanctos int̄rogareȝ. ⁊c̄.
Itē Aug⁹. i. 12. li: de ci. dei. Virgo pul
cherrima inquit ṽgo decora corpore aīa
fulgida. fide perſpicua. mēte clara. Hie
roni. Dei genitrix ſpecioſa p̄dicatur ve/
lut colūba. pulchra: vt luna: electa vt ſol
Et in hac dictione petendum eſt ab ea.
vt te iuuet: vt hic peniteas. ⁊ vt in agōe
ſine macula mortalis criminis inuenia/
ris. Quia ſm pſ. Mors pc̄torū peſſi/
ma. ¶ Scđm priuilegium quia ipā eſt
lucerna ciuitatis ſuꝑne qđ notat̄ in hac
dictione maria. qđ interp̄tat̄ illumina/
trix. Bernardus. Marie p̄ſentia toti⁹
illuminat̄ orb̄ a. đo vt ⁊ ipā ſuꝑna ciuī

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tas clarius rutilet virginee lampadis il
luſtrata fulgoribꝫ. Sciendū ꝙ hoc no/
men maria in ipſa ſalutatione angelica
eſt valde attēte ꝛ deuote nominādū ⁋
⁋ Primo qꝛ hoc nomen maria deuote
nominatū mentē illūiat: Canti. i: Oleū
effuſū nomen tuū. Secūdo affectum in
flammat Bernꝰ O multuꝫ amabilis. o
magna. o pia. o dulcis maria. Tu nec
noīari q̄dē potes q̄n accendas. nec cogi
tari quin recrees affectus dulcedinem.
Tertio quia demōes fugat. Bernꝰ Flu
unt ꝛ pereūt: ſic cera a facie ignis demo/
nes: vbicunqꝫ inueniūt crebram huius
nomīs inuocationē: deuotā recordatio/
nem. ſollicitam imitationē. Quarto ī pi
culis adiuuat. Bernꝰ. In anguſtijs ꝛ ī
rebus dubijs mariā īuoca. mariā cogi
ta. non recedat ab ore: nec recedat a cor/
de. Et in hac dictione petendum eſt vt
ipſa illuminet mentis tue tenebras ad
cognoſcendū teipm. Bernꝰ. ſup cantica
Scio neminem abſqꝫ ſui cognitione ſal
uari: de qua nimiꝝ mater ſalutis humi/
litas orit ꝛ timor dñi q̄ ꝛ ipē ſicut eſt ini
tium ſapientie ita ꝛ ſalutis Vñ Chriſ.
Multo melior ꝛ laudabilior es ſi te co/
gnoſcis: q̄ꝫ ſi te neglecto curſū ſyderū. vi
res herbaꝝ. cōplexioneꝫ hominum. na
turas animalium cognoſceres. et ſcien/
tiam omnium celeſtium ꝛ terreſtriuꝫ ha
beres ⁋ Tertium eſt. ꝙ ipſa eſt aquedu
ctus ſiue diſpenſatrix celeſtis gratie. qđ
notatur. cum dicitur gratia plena. Naꝫ
ipſa eſt fons effluens omniū gratiarum
Et ipſa comparatur collo. Qꝛ ſicut xp̄s
eſt caput: ꝛ nos membra. ſic ipſa ē collū
quia per ipſam gratiam in nos infundit
Bernꝰ. Totius boni plenitudineꝫ po/
ſuit deus in Mariam. vt quicquid ha/
bes gratie: ab ipſa redundare ſcias Nec
mirū quia ipſa habuit fontem omniuꝫ
gratiarū in ſe: ꝛ illa fuit maior gratia q̄ꝫ
recipere potuit. Non enim poſſet maior
gratia intelligi. niſi ꝙ ipſa eſſet mater
dei. Qualiter autem gratioſa ſit omni

bus: hoc patet in hoc. quia ipſa eſt gra/
tioſa ꝛ iuuat nos in vita. in morte ꝛ poſt
mortem. In vita ſi ſumus iuſti gratiam
nobis augmentando. Vnde dicit ma/
ter gratie Si peccatores veniam impe/
trādo. vnde dicitur mater miſcdie. In
morte a demōibꝫ defendēdo Vnde ca
nit de ea. Tu nos ab hoſte protege Et
poſt mortem animas in celum deducen
do: Vnde canitur đ ea. Et ī hora mor
tis ſuſcipe. ⁋ Quartum ꝙ ipſa eſt thala
mus regis glorie. Quia ſcilicet nouem
menſibꝰ in eius vtero habitauit Qđ no
tatur cū dicit. Dñs tecū. Eccleſiaſ. 24.
Qui creauit me: requieuit in tabernacu
lo meo. Fuit ei ſecū deus pater q̄ fec̄ eā
potentem. deus filius qui fecit eā valde
ſapientem vt cognoſcat defectꝰ noſtros
Deus ſpūſſanctus qui fecit eā valde cle
mentem. Ergo confidere debemꝰ in eā
quia ipſa eſt potens. ꝛ cuꝫ hoc cognoſcit
etiā defectus noſtros. et eſt miſericors:
quia libenter vult nos iuuare Et quan/
do dicis hanc clauſulam dominꝰ tecuꝫ
tunc petere debes. O piiſſima media/
trix dñs ſit p te mecū. q̄ longe eſt a pecco/
ribꝫ P ⁋ Quintū ꝙ ipſa ē digniſſima
omnium creaturaꝝ quare merito deuo
te eſt ſalutanda. quod notat cū dicitur.
Benedicta tu in mulieribus Vbi dicit
Nicolaus de lyra. Pre omībꝫ mulierībꝫ
id eſt mulieres bñdicent in te: ſicut pa/
ter in filio. Sed Nicolaus gorra ſuper
lucam dicit ſup predicta ꝟba. Sūt aliq̄
mulieres benedicte quia virgīes: ſꝫ non
fecūde. alique qꝛ fecūde. ſed nō virgines
Sed hec ſimul virgo fuit ꝛ fecūda: ideo
ſup oēs mulieres bñdicta: Item beata
maria eſt benedicta ſup oēs virgines
viduas ꝛ coniugatas. Primo ſup om/
nes virgīes: ꝛ hoc primo in prioritate. quia
prior virginitatem vouit ꝛ ſeruauit. Se
cundo in puritate quam poſt deum ma
iorem habuit inter omnes homines. qꝛ
caſtitatem tranſfudit in alios homines
eam intuentes. Tertio in fecunditate.

quia virgo ⁊ mater extitit. Que nec ſimi
lem habere viſa eſt. nec habere ſequen/
tem. Ergo canit̃ de ea in hymno. Vir
go ſingularis. Item ſuper viduas. Pri
mo quia fuit in orationibus ⁊ deuotio/
ne feruentiſſima. Secundo in operibꝰ
pietatis quo ad filium magis aſſidua.
Tertio in caſtitate magis pura. Item
ſuper coniugatas: quia in ea fuit proles
dignioꝛ: immo ip̃a eſt ſuper angl'os om
nes ⁊ ſanctos. Unde canitur de ea. ex/
altata eſt ſancta dei genitrix ſuper cho/
ros angeloꝛum ad celeſtia regna. Q
¶ Item ſciendum ꝙ beata virgo ē me/
rito benedicta ſuper om̃es mulieres. qꝛ
q̃uis fuerit pulcherrima mulierum: ta/
men a nullo potuit concupiſci. ⁊ aſſignā
tur tres rationes. Prima eſt: quia tali/
ter ſe habuit in omnibus factis ⁊ verbis
ꝙ nulli dabat occaſionem peccandi: ſed
mouebat coꝛ cuiuſlibet ip̃am intuentis
ad deuotionem ꝓpter eius laudabilem
vitam ⁊ bonum exemplū. quod dabat
⁊ laudabiles mores quos habuit ī om
ni conuerſatione ſua. Sic adhuc virgi/
nes ⁊ mulieres deberent ſe regere exem/
plo marie Secūda ratio ꝓpter luminis
claritatem que de eius facie exibat. que
homines in ammirationem inducebat.
⁊ ad laudandum deum de tam nobili
⁊ pulchꝛa creatura. Tertia ratio. quia
deus occultabat in ea omnia que pote/
rant eſſe incitamenta ad libidinem. Et
dedit illam gratiam omnibꝰ eā intuenti
bus. vt non inordinate mouerent̃. ſ; ad
bonum. qꝛ eius puritas alioꝝ coꝛda me
dullitus penetrabat. ⁊ in eis oēs motꝰ
illicitos extinguebat. Iſtam puritatem
n̄ habuit beata agnes. nec beata kathe
rina: nec ſancta margareta. qꝛ q̃uis nō
concupiuerūt alios: tamē ab alijs fuerī
concupite. vt patet in legendis earūdē
Quia eaꝝ puritas non erat tanta ꝙ in
tuētium coꝛda penetraret. ⁊ illicitoꝝ mo
tus in eis extingueret: ſicut puritas bea
te Marie faciebat. Ergo dicit̃ bene/
dicta inter mulieres. R ¶ Tertiū
p̃uilegiū eſt. ꝙ ip̃a ꝓtulit nobis bn̄dictū
fructū vite. qđ notat̃ ibi. Bn̄dictꝰ fruc
tus vētris tui. Iſte fructꝰ eſt ieſus xp̄s
filius dei q̄ nobis attulit bn̄dictōēz ⁊ re/
demptōēz totiꝰ humani gn̄is. Iſte fru
ctus bn̄dici debet a nobis. qꝛ nos p̃uile
giauit p̄ angelis Primo humanā natu
rā aſſumēdo. ad Hebꝛeos. ij. Nuſq̃ꝫ ei
āgelos apphendit ſ; ſemen abꝛahe Se
cūdo paſſionē ⁊ moꝛtē ꝓ nobis toleran
do. p̃ma Petri. ij. Xp̄s ꝓ nobꝭ paſſus ē
Un̄ Eſa. liij. Ip̄e eīn vulneratꝰ eſt ꝓp
ter iniq̄tates noſtras. Angeli peccaue/
rūt ſil'r ⁊ p̄mi parētes. ip̄e aūt nō redemit
angelos ſ; hoīes ſua amara paſſiōe ⁊ p̄
cioſo ſanguīe. Ap'ls. i. Choꝛ. vi. Emp
ti eſtis p̄cio magno: gloꝛificate ⁊ poꝛta/
te deū in coꝛde vr̄o ¶ Tertio ꝙ om̄i ho
ra paratꝰ eſt nos recipe ad grām ⁊ nobꝭ
indulgere oīa pctā. Ezech. xviij. In q̄
cunq̃ꝫ hoꝛa pctōꝛ ingemuerit ⁊c̄. qđ an
gelis nō fecit nec faciet. qꝛ nūq̃ꝫ miſere/
bitur eoꝝ. ¶ Quarto miniſtrādo nobꝭ
carnem ſuā in cibū. ⁊ ſanguinem ſuū in
potum Ioh. vi. Caro mea vere eſt cibꝰ
⁊ ſanguis meus vere eſt potus. q̄ mādu
cat meā ⁊c̄. Angelis ei ſufficit eū ↄtem/
plari quem nos ſumimus in ſacramēto
¶ Quinto. qꝛ in celo habebimꝰ dupli/
cem viſionem ⁊ gl'am. quia cū angel' vi/
debimus oculis aīe deitatē. ⁊ vltra hoc
oculis coꝛp̄is videbimus humanitatē
xp̄i. ⁊ cū hoc habebimus duplicē ſtolā
gloꝛie. qꝛ gloꝛificabimur in coꝛp̄e et aīa
Sciendū ꝙ in vltima clauſula deſide/
rare debemus illā bn̄dictōēz quā ieſus
marie filius daturꝰ eſt ſuis dilectis ⁊ ele
ctis in nouiſſimo die cū dicet ſuis electis
illud Math. xxv. Uenite bn̄dicti p̄ris
mei: p̄cipite regnū Exemplū de btā vir
gine Fuit in britānia iuuenis q̄dā nobi
lis: q̄ q̃uis ſeculo totꝰ deditus eſſet. tn̄
beate v̄gini fuit deuotus in hoc ꝙ ei ſin
gulis diebꝰ quinq̄genas ſalutatōēs per
ſoluit. Qui ſirmatꝰ ad extrema p̄ducꝰ

eſt. Cū𝔮ꝫ diu iacuiſſet mortuꝰ reuixit. et
mulieri aſſidēti ſibi dixit: Cito voca ſa/
cerdotē. Sacerdos adeſt ꝛ corā oib͛ cō
fitet̄ dicēs. Ego fui raptus ad tribunal
xp̄i. ꝛ cū in trib͛ maxime accuſarer a de/
monib͛. ꝛ ferri deberet ſniā ꝯ me: p̄ijſſi/
ma mr̄ rogauit filiū ſuū vt ad corpus re
dire ʒ locum penitētie ſuſcepturus q̄d et
factum eſt. Vnū de peccatis erat ꝙ de/
cimas ex agris meis ꝛ bonis nō cōplete
dedi. Secūdū ꝙ piſces cuʒ ſocijs meis
de religioſoꝝ piſcina cepi ꝛ comedi. Ter
cium q̄d ſegetes pauperū cū canib͛ ve/
naticꝭ ꝯculcaui. Ad hoc ruſtici ab eo dā
num paſſi dixerūt. Cur debuiſtꝭ dn̄e ꝓ
his dānari: cū vobis hoc puro corde di
miſerimus. At illa veſtra remiſſio n̄ ſuf/
ficit mihi ad ſalutē. q꜡ ditior eraʒ ad ſol/
uendū q̄ꝫ vos ad relaxandū. hec dicēs:
iuſſit damna reſtitui. ꝛ ſic deceſſit. S

¶ Exemplū aliud de beata virgine Fu
it quidā vir nobilis: ƺ tyrannus totus
erga ſuos ꝛ alienos vt oēs vindictaʒ pe
terēt a deo de eo. ꝛ hūc ꝯtigit infirmari
ad morteʒ. Qui aduocans ep̄m loci illi
us pure cōfeſſus eſt. a quo petiuit: vt ſi/
bi ſanitatē apud deum impetraret. Qui
ep̄ūs (q꜡ bonus erat) obtinuit ſibi ſani/
tatem: p̄ſtita tamē prius fide: ꝙ d̄ cetēo
neminē lederet. Quo ꝯualeſcēte ampli
us indifferenter oēs leſit. ita vt nō ſoluʒ
ei: ƺ etiā ep̄o oēs malediceret. Poſt hoc
iterū infirmatus eſt ꝛ oppreſſus igne ſa/
cro ſicut prius adeo vt oīa eiꝰ membra
arderēt. ꝛ de vita deſperaret. Vocauit
igitur ep̄m ꝓmittens ſatiſfactionē de fi/
de nō ſeruata: vt itereꝝ ſanus fieret. q̄ ren
nuit recedens cū indignatiōe. Appropi
quante autem morte clamauit: ꝛ beatā
virginem inuocauit. Et reſpiciēs in celū
vidit in aere pendentem filiuʒ dei oīpo/
tentis in cruce. ꝛ matrem ſuam ſibi aſtā
tem ꝛ orantem ꝓ ſe: At ieſus ait. Mat̄
non poſſum facere. Ecce em̄ ruſuʒ cru/
cifixit me. ꝛ oſtendit ei cicatrices ſangui
neas. Quod vidēs peccator ingemuit ex
clamās voce magna. O bone ieſu ſi te
crucifixi peccatis meis: matrē tamen tu
am ſemꝑ honoraui. ieiunauerat em̄ om
ni ſabbato ad honorē beate virgīs. Cū
q̄ꝫ ſic clamaret audiuit vocē ieſu dicētis
mr̄i oranti Ecce mater dedi eū tibi. ꝛ ſa
natꝰ eſt Qui poſtmodū ablata reſtituit
ꝛ vitā emēdauit ꝛ laudabili fine q̄euit

Incipit expoſitō
super ſymbolum apoſtolorum. A

Omnis qui viuit ꝛ credit in
me nō morietur in eternū.
Joh. xi. Sciendū ꝙ fides
freq̄nter eſt p̄dicanda fide
lib͛. ꝛ ab eis diligēter cuſto
dienda. q꜡ eſt fundamētū oīs boni Vn̄
apl̄s. Fundamentū aliud nemo p̄t po/
nere p̄ter illud q̄d poſitū eſt. q̄d eſt ieſus
xp̄s. i. fides xp̄i. Augꝰ. Fides eſt bono
rū fundamentū. fides eſt humane ſalu/
tis initiū. ſine hac nemo ad filioruʒ dei
numerū poteſt ꝑuenire. Hebreoruʒ. xi.
Impoſſibile eſt ſine fide deo ꝓplacē. Er
go vt deo placere poſſimus debemꝰ ha
bere fidem rectam. integrā. ꝛ firmaʒ. q꜡
ſcd̄m apl̄m ad Hebreos. x. Juſtus ex fi/
de viuit. Vn̄ etiā Chriſoſt. in tractatu
de ſymbolo. Fides religionis catholice
lumē eſt anime. oſtium vite. fundamen
tum ſalutis eterne Nos igitur de fide ec
cleſie ſumus locuturi. Tunc ſciendum
ꝙ in ſymbolo apoſtolorū duodecim ſtꝫ
articuli ſcd̄m numerū apl̄oꝝ a quibus cō
poſitum eſt. Nam duodecim apl̄i ꝯgre
gati deſcripſerūt duodecim articulos fi
dei in p̄mo cōſilio. de quo habet̄ actuuʒ
xv. Cuius p̄ma diffinitio fuit data per
beatum Petrū. ſed beatus paulus non
habetur ibi qui tūc adhuc nō fuit electꝰ
in apoſtolū. Et p̄mus articulus ꝑtinet
ad patrem. ꝛ alij ſex ad filiū. ꝛ quin𝔮ꝫ vl
timi ad ſpiritū ſanctū. Pro quo notādū
ꝙ nullus hominum dubitare debet. ƺ
quilibet chriſtianus tenetur credere tri/

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN